



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Narcissus Episc. 29. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

honore Abagarus habuit. Tecum sentio. Sed nego illos hodie rectè facere , qui vivos Dei vultus, animos inquam, perturpare per summam injuriam non vetentur. Ex Constant. Porphyr. Hieron.

Quia præsentia gaudia sequuntur æternalamenta ; hic vanam lætitiam fugite , si illic flere formidatis : nemo enim potest & hic gaudere cum sæculo , & illic regnare cum Christo. S. Greg. II. homil. in Euang.

S. NARCISSUS EPISC. 29.Octobris.

Florere sibi videbatur Hierosolyma , cùm NARCISSVM haberet Pontificem odore virtutis charissimum patriæ & acceptissimum. Sed ex tam pulchro flore pessima aranea invidia venenum sibi suxit. Terni & ex mendaciis compositi cives in innocentiam conspirarunt , & sanctissimam viri famam fœdissimi criminis delatione contaminare sunt aggressi ; utque ruitura mendacia perjurio fulcirent, si fallerent, pœnas ipsi sibi judices rei dictarunt, & primus ignes, alter morbum fœdum , ultimus oculorum orbitatem imprecatus est , omnes à Cælitibus non surdis audiendi. Etenim etsi perfidiæ etiam juratæ nemo crederet, testisque maximus & unus omnium instar NARCISSI ipse esset NARCISSVS ; execratus tamen hic vel suspicionem facinoris subduxit se, & silvarum exilio innocentem sc̄e damnavit. Mox tamen aliam in adversarios sententiam cælum pronuntiavit. Primus enim ille cum omni familiâ igne tectis nescio unde illapso exustus facem , ut innocentia pateret urbi , accedit. Alter horrido morbo obsessus, uti à capite ad calcem usque sancti nihil, ita nihil sani habuit. Interea dum vindicem DEVVM tuerentur , timuere sibi oculi tertii testis,

. Octob.
d nego
vultus,
juriam
menta;
tis: ne-
illic re-
ng.
obris.
, cùm
re vir-
n. Sed
vene-
mpositi
uctissi-
latione
men-
psi sibi
r mor-
m im-
dis au-
nemo
um in-
ecratus
xit se,
t. Mox
cælum
familiâ
m, ut
orrido
ne san-
vindi-
tii te-
stis,
19. Octob. VITÆ SANCTORVM. 329
stis, & sceleris pœnitudine hic ductus, publicâ confessione perfidiam & lacrimis damnavit, sed tot ac tantis, quibus oculi effluenter, mitissimâ vindictâ, quod simul noxam cluerent. Ita cæli patrocinio defensus muneri suo ac loco est restitutus, vixitque NARCISSVS, quam diu nullus flos alius vivit, c. & vi. annos. Ex Euseb. l. 6.

Tu quis es, qui tam improbè, tam manifestè, tam procaciter servo detrahis alieno? noli fratrii tui reprehensibilia acta detegere, sed potius edicito tua. Redi ad te, & discute te, judicate & in staterâ humilitatis appende. S. Laur. Justin. de Vit. solit. c. 4.

S. ERMELINDIS V. 29. Octobris.

Odem tempore thalamum ERMELINDIS & Dei numquam non rivalis mundus ambivere. Sed exhorruit rectè infamem procum virgo, & duodennis sponsum sibi pulcherrimum è filiis hominum CHRISTVM legit, candidū eudem & rubicundum. At stultissima parentum vota generum mundum malebant; eamque ob rem, pro potestate, cogere filiam ad nuptias parabant. Hic verò illa generoso ausu virginem professâ capillos suos ipsa rescidit, hisque veluti vinculis jam expedita mundo ne nuberet, excessit mundo. Inservi tamen castissima vestigia sunt gemini fratres, iidemque Veneris mancipia. Horum alter cum suam Deo sponsam etiam è templo raptum iret, monita ERMELINDIS à Tutelari Angelo suo, pudori fugâ iterum consuluit, solaque deinceps vixit. Sed quid dico sola? quando cælo Paranyphi adfuere, castissimosque inter Hymenæos ad sponsum suum abduxere. Neque verò mortuam etiam latere sponsam suam hic voluit. Cælestes

Z

iterum